

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Non cessamus pro uobis orantes & po. Col. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

**DOMINICA XXV.**

**¶ Pe. 2.**  
**¶ idem.**  
¶ eum p̄scem qui primus ascēderit, tolle: & aper-  
to ore eius, inuenies staterem, illum sumēs, da eis  
pro me & te. Cuius etiam exemplū secūtus idēm  
Petrus, discipulos suos per epistolam admonet, dī-  
cens: Deum timete, regem honorificate. Et iterū:  
Subiecti estote omni humanae creaturæ propter  
deum. siue regi, quasi præcellentis siue ducibus, tan-  
quam ab eo missis ad vindictam malefactorum,  
laudem vero bonorum.

**DOMINICA XXV. POST PEN-**  
tecosten. ad Colossenses I.

**F**ratres, Non cessamus pro uobis orātes  
& postulantes, ut impleamini agnitione  
uoluntatis eius, in omni sapientia & intelle-  
ctu spiritali, ut ambuletis digne, deo p̄ om̄ia  
placētes. ] ¶ Audiens Apostolus deuotā ac prom-  
ptā uoluntatē cordū circa fidē Christi, orat, p̄ eis, ut  
prop̄p̄sus agnita uolūtate dei, ratiōabili opere cō-  
plerent deuotionē, quā audita fide Christi dīdice-  
rāt: ne famē mentis fida dicatio & robur fidei, dum  
incōsulte aliqd at q̄ imperite cōsiceret, laboris sui  
fructum amitteret. Hoc em̄ libenter accepio fer-  
tur, quod deuotus sit animo & prudens.

In omni opere bono fructificantes & cre-  
scentes in agnitione dei, in omni uirtute ro-  
bur accipientes secundum potentiam glo-  
riæ eius, in omni patientia & longanimita-  
tē cum gaudio, gratias agentes deo patri, qui uo-  
cauit nos in partem fortis sanctorum in lumine, q̄  
liberauit nos a potestate tenebrarum, & transstulit  
in regnum filij charitaris suæ. ] ¶ Incrementum

opcrum eorum cum scientia uult fieri, ut nō igno-  
rent fidei suæ spem Tunc enī firmi & stabiles sunt,  
si aduertant quæ profide promissa sunt, & quan-  
ta sit potentia gloriæ maiestatis dei in patientia,  
ut longa expectatiæ sustineat humanum genus,  
quod irreuerentia sua non solum negligit cre-  
tem, uerum persequitur amantes eum, ut ipsi simi-  
liter patientes sint, & supportent probra & male-  
dicta iufideliū uel si illata fuerit pressura, expecta-  
tes indicium dei, nec dubitantes de eo. Magis autē  
gaudentes in promissa uita cum gratiarū actioni-  
bus deo, qui dignatus est a duocare & inducere gē-  
tes in promissionem Iudæorū, quæ est lumē xter-  
nū, id est, ueritas perpetua, Liberari enim de con-  
ditione tenebrarū, hoc est, eruti de inferno, in quo  
tenebantur a diabolo, tam ex proprio quam ex de-  
licto Adæ, qui est pater peccantium, translati su-  
mus per fidem in regnum cœlestis filij dei: ut ostē-  
deret nobis deus, quo amore diligit nos, quando  
attollens nos de imo tartari, induxit in cælos cum  
unico filio suo. Iam enī omnes credentes, qui fixa-  
mente denotū sunt, exeuntes de seculo, ducē dextre  
partis angelo, inducuntur in cælum, quod ante  
deuictam mortem concessum non erat.

In quo habemus redemptionē in remis-  
sione in peccatorum.

In huius filij sui regnum transtulit nos deus, per  
quem nos redemit, & manu emissa, remissione fec-  
torum liberos fecit: ut liberati a debitib, teneri  
obnoxij non possint, nam sine fide Christi nullus  
egressus de inferno est: quia obligatus peccatis, exi-  
re ianuas tartari non potest.